Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Decretales cum summarijs suis [et] textuum diuisionibus ac etiam rubricaru[m] continuationibus

Gregor <IX., Papst>

Uenetijs, 10.X.1498

Venetijs Per Baptistam de Tortis .M.cccc.lxxxxviij. die .x. Octobris

urn:nbn:de:bsz:31-321062

Visual Library

nulla debet ſtabilitate ſubſiſtere.

Idem varieñ. epiſcopo.

Tormenta indicijs non precedentibus inferenda non ſunt.

Cum in cõtemplatiõe: ⁊ infra. [a]In ipſo cauſe initio non eſt a queſtionibus[a] incohandum.

Stephanus papa.

Sacrilegus eſt offendens rem vel perſonam eccleſiaſticam.

Que multotiẽs[b]: ⁊ infra. Quicquid in ſacratis[c] deo rebus et epiſcopis[d] iniuſte agitur pro ſacrilegio reputatur: quia ſacra ſunt: ⁊ a quoquam violari nõ debent.

Auguſtinus

Qui facit aliter quã debet: facere non dicitur.

Qui ex timore[e] facit preceptuʒ: aliter quã debeat facit: ⁊ ideo iam[f] non facit.

Idem in libro de penitentia.

Committens vnum peccatum reus eſt omniuʒ quo ad vitã eternã.

Deſleat[g] peccator quia offendens in vno factus eſt oium reus.

Gregorius in regiſtro.

Ignorantia non excuſat prelatum in peccatis ſubditorum. hoc dicit quo ad myſticum ⁊ moralem intellectum.

Quamuis cauſe: ⁊ infra. Non poteſt eſſe paſtoris excuſatio ſi lupus oues comedit: ⁊ paſtor[b] neſcit.

Lucius tertius.

Pro ſpiritualibus homagiuʒ non preſtatur.

Indignum eſt ⁊ a romane eccleſie conſuetudine alienum[i] vt pro ſpiritualibus facere quis homagium[k] compellatur.

a Cum in contemplatione. queſtionibus. ff. de queſti. l. j. ⁊ C. eo. ti. milites: quod ſi fiat appellari põt. ij. q. vj. non ſolent. ver. añ ſñiaʒ hoc intellige nulla preſcriptione precedente. argu. contra. v. queſtione. v. illi qui. vor de hoc.

b Que multotiens. ſupra de penis. c. j. ⁊. vj. queſtione. i. imitare. ⁊. i. queſtione. i. reperiuntur arg. ẽ. de iudi. ita quorũdam.

c In ſacris: ſiue ſit homo ſiue ager qui illa auffert ⁊ inuadit: ſacrilegiuʒ committit. xij. queſtione. ij. nulli liceat: ⁊ tanquaʒ ſacrilegus iudicari debet vt ea. cau. ⁊ queſtione. ea predia: ⁊ per eccleſiaʒ debet iudicari ſupra de foro competenti. conqueſtus.

d Epiſcopis. Iſti ius publicum offendunt qd conſiſtit in ſacris ⁊ ſacerdotibus. i. diſtinctione ius publicum.

e Qui ex timore. ſcilicet ſeruili quoniã filialis timor bonus eſt ⁊ põt introducere charitatem. de pe. diſ. ij. ſicut ſeta introducit filum: vnde qui timore pene ſeruit non amore iuſticie: non ducitur ſpiritu dei: vnde dicitur timor nõ eſt in charitate. ſ. ſeruili. xxiij. q. vj. §. ex his. q: pfecta charitas foras mittit timorẽ: vt in eo. §. df.

f Iam non facit. ar. ꝙ non dicitur factum quod legitime non fit. xxiiij. queſtione. i. pudenda. ⁊. xxij. queſtione. ij. facit homo. argu. ſupra de iure pa. quod autem. ⁊ ſupra de regula. ad noſtram. item habes hic argu. ꝙ qui inuitus ſeruit etiam rem ⁊ meritum perdit: ⁊ ideo indign⁹ pmio fit. xxiij. queſtione. vi. §. ex his verſus princi. ⁊ talis obedientia vel nulla vel minima eſt. viij. q. i. ſciendum. ergo per contrarium q inuitus offendit: nõ eſt ei imputandũ: ar. ff. de bo. li. qui cum maior. §. ſi libertus. ⁊. ff. fami. her. qui erat heres: idem ẽ ⁊ ſi clericus inuitus ferat teſtimoniũ ꝯtra eccleſiam ſuam ꝙ ei nõ ſit imputãdũ: ſecus ſi ſponte aduocet cõtra ipaʒ ſupra de poſtulan. c. vlti.

g Deſleat: in vno ſcilicet precepto legis: vnde ſcriptum eſt: qui totaʒ legem ſeruauerit. offendat autem in vno omniũ factus eſt reus. de peni. diſtinctione. v. fratres: vel in vno ſcilicet mortali peccato factus eſt omnium reus quo ad vitã eternam: q: propter illud ſolum damnabitur: q: omnis virtus detrimentum patitur ab vno vitio: de peni. diſtinctione. v. dolendum. dum enim in vno peccato perſeuerat omnia bona perdit vt ibi. vel in vno idest in vna virtute cum virtus eijcitur: tunc vitium naſcit. xxij. queſtione. i. cum renunciatur. vel in vno. idest in charitate: ſine qua nemo ſaluatur: vnde apoſtolus: ⁊ ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autem non habeam: nihil mihi prodeſt. de pe. diſtinctione. iij. ſiqs ad ſi. diſtinctionis. ſic etiã i teſte qui aliquid adijcit de ſuo totũ teſtimoniũ partis mendacio decolorat. iij. q. ix. pura. ſi. de conſe. di. iij. nõ liceʒ nõ oportet. ⁊. xj. diſt. ſi ad ſcripturas ſacras.

Quamuis Ignorantia paſtoris non excuſat euʒ ſi lup⁹ oues rapit. hoc quo ad lram. vel aliter quo ad myſticum vel moralem intellectuʒ vt in rubro. . . h. ſi.

b Paſtor neſcit: quia paſtor ſeu prelatus iquirere ⁊ corrigere debet ſubditoruʒ exceſſus: alias ſanguis eorum ð pſlatorum manibus requiretur ſupra ð offi. or. irrefragabili. ⁊. reſpõſo. cum ſuis concordantijs ibi poſitis. ⁊ ſic nõ habebit excuſatione: paſtor eni qui tacet ꝯſentire videt. xliij. diſtinctione ſit rector: ibi paſtorẽ. n. ⁊c. lxxxiij. diſtinctio. error: quare nõ poteſt vti pro defenſione ſua verbo apoſtoli: mundeſũt manus mee a ſanguine ⁊c. xl. iij. diſtinctione epheſis: vnde ⁊ tales deponi debet propter negligẽtiã. lxxj. diſtinctiõe diẽ. ⁊. i. queſtiõe. i. §. ecce cum honoris. item paſtor tenetur ð cuſtodia. ff. loca. qui mercedẽ xxiij. queſtiõe. iiij. tres pſonas ⁊ ſi dicatur ꝙ dolo eius perijt ⁊ ipſe neget: ipſi incũbit pbatio: cũ ipſe rõne officij ſui debeat cuſtodiã habere. ẽ. de offi. archidi. ea que. ⁊ ſi dicit amiſſaʒ oueʒ probet ille dolũ abſuiſſe: ſicut argentarius probare debet ſe amiſiſſe rationẽ caſu ruina vel incendio. ff. de eden. ſiqs ex argentarijs. §. vltimo. idẽ in cuſtode carceris. ff. de cuſto. ⁊ exhib. re. l. vltima. ⁊ idem in depoſito. ẽ. de depo. bona fides cum ſuis concor.

i Indignum. alienum. ergo ⁊ a conſuetudine aliarũ eccleſiaꝝ ꝺʒ eſſe alienuʒ: q: quod romana eccleſia pbat vel reprobat: ⁊ alie eccleſie hoc idẽ facere debent: cuʒ ab ipſa ſuam habeant inſtitutionẽ ⁊ auctoritatem. xj. diſti. conſequens. ⁊. c. nolite.

k Homagium. idest ſacramentum fidelitatis quod pro aliquo ſpirituali facere qs non debet: cum illud ſit ſimoniacum. ſupra de ſimo. ex diligenti: alioquin clericus tenetur facere prelato ſuo obedientiam: ⁊ in caſibus debet iuramentum facere de obedientia ſiue etiam de fidelitate poſt receptam adminiſtrationem. ſupra de iureiurãdo nullus. xxiij. di. ꝗꝗ. ⁊. ẽ. de ma. ⁊ obe. dilecti filij. ⁊ ſupra de iureiurando. ego. N. ⁊ ſupra de priuile. antiqua: alias eni nullum iuramentũ nulla pactio vel obligatio illicita in ſpiritualibus debet interuenire: ⁊ ſi interueniret nullã obligationeʒ de iure vel de facto induceret: ſupra de pactis pactiones.

FINIS

Venetijs Per Baptiſtam de Tortis. M. cccc. lxxxviij. die. x. Octobris

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg